



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

11. An Religiosus possit dare leviora alterius generis, licet non sint de  
levibus comestibilibus, & ad devotionem pertinentibus concessis in hac  
Bulla? Et an casus excepti in hac quamvis per solas ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

non est Monachus quā Aurifex, sed quā Chorista. Ratio est; quia Religiosus est genus morale ad Monachum, & Conuersum: Differentiā contrahentes sunt Chorus, & Ars. Monachus est Religiosus Chorista. Conuersus est Religiosus Artifex. Vnde arte facta nascuntur à Conuerso per se, à Monacho per accidens. Tam essentialē est Conuerso artificere: quā Medico maderi, Artificere comparatur Monacho, ut maderi Aurifici, aut aurificere ipsi Medico. Ideo Conuersus tenetur artificere pro Communitate, non cantare: Monachus è contrario tenetur cantare, & contemplari in Choro, non autem aurificere. Ideo putat artefacta quæ sunt à Monachis quā talia non pertinere ad Communitatem; concedit tamen Caramuël laicis & conuersis posse duas horas abque licentia expressa Abbatis pingere, delineare, cælare, &c. pro amico: sed ego vt verum fatear non inuenio apud DD. quoad præsentem casum differentiam inter Regulares, Laicos, & Choro addictos, vnde quidquid circa præsentem quæstionem in ordine ad votum paupertatis, erit licitum Professis, erit etiam licitum laicis; quia actiones de quibus loquimur non sunt Monachi quā Monachi, suppono tempus esse vacans, neque sumi aliquid à Communitate sine licentia tacita, vel expressa superioris. Ergo, &c.

3. Sed quærit Caramuël, & asserit, Petrus Monachus egregius pictor pinxit imaginem vendibilem mille florensis, illam dedit sæculari contra voluntatem Abbatis contrarium in virtute obedientiæ præcipientis; qualiter peccauit?

4. Primò, vide & considera quanti materia colorum, & tabulæ fiat, secundum harum rerum valorem illum argue, non autem secundum valorem artis; quod si materialia ad amicum pertinebant, & nihilominus contra voluntatem Prælati dederit, non est censendus proprietarius, sed inobediens. Contra obedientiam autem peccauit, ne iudice mortaliter; quia longo tempore pingere contra mandatum Abbatis, est actio notabilis.

5. Hinc constat, duos Monachos, qui contra Prælati mandatum pingunt tabulas quas donant sæculari etiam alter delineat pretiosissimas, alter vilissimas, si æquale tempus infumant, peccate æqualiter. Ratio est; quia peccatum non consistit in valore picturæ, sed in quantitate temporis expensis in arte pingendi contra voluntatem Abbatis.

6. Nec valet dicere, illos habuisse pingendi licentiam, sed non dandi; si enim bene consideres, in tali casu non habuerunt licentiam pingendi tabulas dandas, ergo quas dandas pinxerunt, pinxerunt equidem contra obedientiam.

7. Potest igitur Religiosus gratis scribere, pingere, &c. orare, celebrare pro Paulo, licet sciat eum venditurum esse manuscripta, aut recepturum eleemosynam pro orationibus; quia ipse non dat Paulo pecunias, sed suæ industriæ, aut orationis extrinsecos actus & hos gratis, quos ni contrarium Prælati iussent, liberrimè donare potest.

RESOL. XI.

An Religiosus possit dare leuiores alterius generis, licet non sint de leuibus comestibilibus, & ad deuotionem pertinentibus concessis in hac Bulla?

Et an casus excepti in hac Bulla extendantur ad alios similes?

Et docetur, quod quamuis per solas quinque causas donatio reuocari possit, tamen idem potest ex aliis

Tom. VII.

gravioribus causis, vel æque grauius. Ex part. 1. tract. 6. Ref. 7.

§. 1. Negatiua sententia suaderi potest ex illa vulgata regula iuris, quod casus exceptus firmat regulam in non exceptis; sed in hac Bulla excipiuntur tantum leuiores comestibilia, & ad deuotionem pertinentia: ergo excluduntur omnia alia.

2. Sed ego puto cum Ioan. de la Cruz de star. Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 5. concl. 3. num. 3. & Filiucio tom. 1. tract. 34. cap. 3. num. 71. posse Religiosos dare etiam leuiores alterius generis. Et ratio est: quia, quoties in aliqua regula excipiuntur aliqui casus, etiam casus similes consequenter manent excepti. Vnde ex multis Euerardus in suis topicis legalibus, loco à natura dictionum taxatiuarum, num. 4. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 11. num. 12. & alij probant, dictionem taxatiuam non excludere casus similes, in quibus eadem ratio militat. Item l. fin. Cod. de reuocandis donat. decernitur, quod per solas quinque causas potest reuocari donatio; & tamen communis Doctorum sententia docet, posse quoque ex aliis grauioribus, aut æquè grauius. Ita Glossa ex l. fin. ver. voluerit. Abbas cap. fin. num. 3. de donat. Nauarrus tom. 4. num. 48. de Regul. seruanti. l. 6. Iaceni num. 59. Syluester verb. donatio, 1. quæst. 13. num. 17. Gomez tom. 2. var. cap. 4. num. 14. Molina de primog. Hisp. lib. 1. c. 9. num. 32. Lessius de iust. lib. 2. cap. 8. dub. 14. num. 104. cum multis aliis: quidquid in contrarium asserat Molina Theologus de iust. tom. 2. disp. 281. ver. nobis verò & Rebellius part. 2. l. b. 18. g. 9. n. 8. Et Ratio est: quia, cum lex non possit excipere omnes casus exceptione dignos ponit aliquos loco exemplorum.

3. Dicendum est igitur, quod licet summus Pontifex in hac Bulla interdixerit munera à Religiosis dari, præterquam in casibus hic exceptis; tamen ex doctrina superioris adducta casus excepti debent extendi ad similes, in quibus eadem, vel vrgentior militat ratio. Et hanc opinionem præter Ioan. de la Cruz citatum tenet etiam Soula in exposit. huius Bullæ, fundam. 5. n. 38. 39. 40. & nouissimè Scortia in Pontif. Constit. epist. 158. theor. 396. Quod est maximè notandum ad multos scrupulos depellendos. Ad argumentum verò in contrarium supra adductum potest quis respondere, regulam illam iuris, quod casus excepti firmant regulam in non exceptis, intelligendam esse de casibus non exceptis, qui alias sunt dissimiles exceptis.

\* Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. in Ref. 10. post mediū, §. 1. à vers. Et si & §. seq.

Quoad hoc lege infra doctrinam Ref. 64. ad medium; à vers. Nota, & sup. hac extensione ad casus similes, supra in tr. 1. x doctrina Ref. 335 & aliarū etus p̄imæ not. signæret in fine d. d. Ref. &c.

RESOL. XII.

Quenam esculenta, & poculentia possit Religiosus largiri in terminis huius Bullæ, & ad quem valorem ascendere possint? Ex part. 1. tractat. 6. Ref. 13.

§. 1. Valorem esculentorum, & poculentorum, quæ in hac Bulla conceduntur, non debere superare quantitatem, quæ in furto inducit peccatum mortale, docet Bartholomæus à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quæst. 218. & Paulinus Berti in explicat. huius Bullæ, in 10. casibus positus post part. 2. principalem: & putant, hanc quantitatem non debere excedere valorem trium Iuliorum. Vide etiam Fabrum decrebit. in 4. sen. disp. 15. q. 2. disp. 45. c. 5. n. 122. Igitur, secundum hos Autores, esculenta, & poculentia non sumuntur in hac Bulla, in significatu, in quo sumuntur, & explicantur in multis locis Canonum, & iuris communis.

2. Sed merito contrariam sententiam docet Soula in exposit. huius Bullæ, §. 4. numer. 80. & 90. Bonacina in tr. var. disp. 3. punct. 1. n. 9. & Valerius in differ. X utriusque